



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

1 Præsule vivente nullus det pontificatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

QVÆSTIO V.

QVod autem deficiente accusatore non sit reus cogendus ad probationem, auctoritate Gregorii probatur, qui lib. 3. epist. 25. a scriente Maximo, ait.

C. I. ¶ Omnis probationis res non incumbit. QVod autem postulas, ut illic personam dirigere debeamus quā b de his, que dicuntur, possit esse probatio, esset utique excusabile, si unquam ratio ei, qui accusatur, necessitatem probationis imponeret. At postquam non tibi, sed accusantibus hoc onus incumbit, ad nos, sicut prefati sumus, dilatione cessante, venire non desinas.

Item accusantium negationem, sed exceptionem probare debet. Codic. lib. 4. tit. c. de probationibus. l. altor.

C. II. ¶ De eodem. Accusator d, quod asseverat, probate se non posse profitendo, reum necessitate monstrandi contrarium non addistingit, cum per rerum naturam, factum negantis probatio nulla sit.

Hoc autem servandum est, quando reum publica fama non vexat. Tunc enim auctoritate ejusdem Gregorii propter scandalum removendum, famam suam reus e purgare oportet.

CAUSA VII.

Vidam Episcopus longa aegritudine f gravatus, a iunioribus suis rogatus, ut quod rogaverat, ei concederet. Postea vero convalescens idem Episcopus, et quod prius fecerat, caput restituendo, ad verum eum, qui sibi successerat g, questionem movet, suamq; cathedram tanquam sibi debitam respicit.

- 1 Hic primum queritur, utrum veniente Episcopo alius possit in eadem ecclesia ordinari.
2 Secundo, an iste valeat respicere cathedram, quam sua intercessione alter accepit.

QVÆSTIO I.

QVod autem veniente Episcopo alius superponi, aut superordinari non possit, ex concilio apud h Arverniam celebrato definitum est, in quo legitur [ ut nullus veniente Episcopo, alius superponatur, aut superordinetur Episcopus, nisi forsitan in ejus locum, quem capitalis culpa decesserit.]

¶ Arverniam ] Burchardus citans, et Ivo citans Arvernens, c. 3. extat autem in Aurelianensi quinto, cap. 12.

C. I. ¶ Pro molestia corporis suo honore non privetur Episcopus. Item ex regeſto Gregorii Papæ, lib. 9. epist. 41. ad Anastasium Constantinopolitanum Diaconum.

Scriptum est mihi tua dilectio, piissimum Dominum nostrum reverendissimo fratri meo Iohanni primæ Iustinianæ Episcopo pro aegritudine capitis, quam patitur, precipere succedi: ne forte, dum Episcopi iura eadem civitas non habet, (quod abſit) ab hostibus pereat. Et quidem nusquam canones precipiunt, ut pro aegritudine Episcopo succedatur: & omnino injustum est, ut si molestia corporis irruit, honore suo privetur ægrotus. Atque ideo hoc per nos fieri nullatenus potest, ne pec-

a See cap. 22. b qua presente. ] orig. c titul. 19. lib. 23. d Altor. ] orig. e supr. 2. question. 5. c. quanto. & c. qua de causa. f al. involuntine. g al. accesserat. h In concil. Aurelianensi V. cap. 12. Burchard. lib. 3. cap. 188. Ivo part. 5. cap. 302. i Polyc. l. 2. tit. 17. Anselm. lib. 6. c. 201. Burch. l. 1. c. 288. Ivo p. 5. c. 302. Polyc. l. 2. tit. 19.

catum in mea anima ex ejus dispositione venit. Sed suggerendum est, ut si is, qui est in regimine, ægrotat, dispensator illi requiratur talis, qui possit ejus curam omnem agere, & locum illius in regimine ecclesie (ipso non deponito) ac in custodia civitatis impleat, ut nec omnipotens Deus offendatur, neque civitas inveniat esse neglecta.

¶ Caput hoc emendatum, & locupletatum est ex originali.

C. II. ¶ Flagellari a Domino, afflictio addita debet. Item lib. 2. epist. 3. ad Candidum Episcopum.

¶ Vm a percussio corporalis imminet, utrum pro purgatione, an pro vindicta contingat. De in hoc iudicium ignoratur: & ideo non debet nobis ad flagellatis afflictio: ne nos culpe (quod abſit) offensæ spectat.

¶ In decretalibus tit. de cler. ægrotan. c. 1. affirmo iustitiam tamen huius capitis, & ex ipſi quid agendum sit, desinere.

C. III. ¶ Infirmis causa loco sui qui privari non debet.

Idem Gregorius lib. 3. epist. 23. Maximo 1 Episcopo Syracusan.

Presentium latoris Adeodati querelam, qui se in Presbyteratus loco incongrue dicit expulsum, licet subdit tibi textus petitionis explanet, tamen paulo istius judicavimus, apertius que retexendam. Affert namque a Quintiano fratre. & Coepiscopo nostro in loco suo pro quibusdam se suis ordinandis negotiis retinuit, ægri tudinis que causa per duorum mentionem scriptum fuit ecclesie defuisse: Cuius rei occasionem præterant prædictum fratrem nostrum, alium loco equalie Presbyterum ordinasse. Hortamur itaque fratrem tuum, ut causam ejus sollicitè perquis, distictè discutat, & si manifestè aegritudinis, sicut dicitur, causa ecclesie suæ eum defuisse repererit, nullum eius ordinatione alterius Presbyteri permittat præjudicium generari: sed in locum suum sine aliqua eum facultate restitui. & infra. ¶ Illud autem charitatem maxè specialiter admonemus, ut si vera fuerit huius aegritudine, atque in suum fuerit ordinem restitutus, de Presbytero, qui in loco ejus ordinatus est, subtiliter, distictè debeas esse sollicitus. Et si quidem sine datione aliquæ ad eundem ordinem pervenerit, ut in simoniacam hæresim non potuisset incidere, in alia quacunque vacante ecclesia eum volumus ordinari. Sin autem in coquepiam (quod avertat Dominus) fuerit tale reperiendum, etiam Presbyteratus privetur ordine, quem non ad replendæ necessitatis ecclesie, sed sola comprobata reprobatione suscepisse.

¶ Maximiano ] Sic est emendatum ex originali, tam expresso, quam manuscripto: Nam antea erat, Clementino Episcopo, Primati Bizanceno.

C. IV. ¶ Pro infirmitate, vel aegritudine Pastores non sunt abiciendi, nec in eorum locum alii substituendi. Item Nicolaus Papa Alvaro b Iansenſi Archiepiscopo.

Pontifices e qui aliqua occupantur infirmitate, vel aegritudine, abiciendi non sunt, nec alios in loco eorum consecrari oportet, nisi ex hac fuerint luce subverti. Quod si de ministerio sibi concessio conqueverint, qua licita sunt, facerotes explent. In his vero, qui his præsumere non licet, vicinorum usq; ad recipiendam sanitatem Episcoporum auxilia subrogentur: & hoc cum cautelæ studio peragatur, ne per necessitatis occasionem

a Extr. de cleric. ægrotan. c. 1. b Al. Albino Vicensi. c. 1. p. 3. cap. 32.











uilitas deperire, quod fieri debeat, Deo auctore, dispo-  
nere. Peruenit igitur ad nos quibusdam referentibus  
quendam Episcopum ita ipsationem capitis incurrisse,  
ut quod mente alienata agere solet, geminus & flexus  
audiret. Ne ergo languente pastore, grex (quod abhi-  
nfdiatoris laudandus dicitur) exponatur, vel ecclesie  
ipsum utilitates deperant, cauta nos necesse est provisione  
tractare. Etideo, quia viventem Episcopum ab officio  
suo necessitas infirmitatis, non crimen abducat, alium lo-  
co ejus (nisi recedente eo) nulla finit ratio ordinari: sed  
si intervalla ruginis habere est solitus, ipse data peti-  
tione non se ulterius ad hoc ministerium intellectum  
habere, nec ad alia officia subvertente infirmitate posse  
futeatur affurgere, & alium loco suo expetat ordinan-  
dum. Quo fit ut omnium solemniter electione, alter qui  
dignus fuerit Episcopum solemniter ordinetur: sic tamen,  
ut quoque eandem Episcopum in hoc saculo vita teneat,  
si, sumptus ei debui de eadem ecclesia ministrantur. E-  
nimvero, si nullo tempore ad sanam redit mentis offi-  
cium, persona fidelis, ac vix probabilis est eligenda, quae  
ad regimen ecclesie idonea possit existere, atque de ani-  
marum utilitate cogitare, inquietos sub disciplina vinculo  
restringere, ecclesiasticarum rerum curam gerere, &  
matrum, atque efficacem se in omnibus exhibere: qui  
etiam si Episcopum, qui nunc aegrotat, superstes extiterit, lo-  
co ejus debeat consecrari.

2 pars. Ne autem hujusmodi passionibus sacerdotibus saluti  
occupati, capiti officium neque ipsorum romanis, institutum est,  
ut sacerdos, sine palato, sine sacramento, alio scilicet habeat, qui si  
hujusmodi casu interveniat, incitata ministeria perficere vi-  
deant.

C. XV. **¶** Quisq; sacerdos sacerdotem sibi vi-  
cinum habeat, qui copia sacramenta ex-  
pleat si ei copia necessitas in-  
gurgit.

Unde in Concilio Toletano XI. c. 74.

¶ Illud t divini a gratuli momenti singuli praecaven-  
tes, quo scribitur h. [Ve solli quia cum ceciderit, non  
habet sublevantem.] summo opere verendum nobis est, &  
cavendum, ne horis illis, atque temporibus, quibus Do-  
mino placitur, vel sacrificatur, unicuique divinis singula-  
riter officiis insistenti, perniciosa passio, vel corporis qua-  
libet invalendo occurrat, quae aut corpus sibi faciat,  
aut mentem alienatione, vel terrore confundat. Pro  
hujusmodi ergo casibus praeventis, necessitatem duxi-  
mus insinuare, ut ubi temporis, vel loci, sive cleri copia  
suffragatur, habeat quisquis e illic canens Deo, atque fa-  
cificans, possit se vicini solaminis adiutorem: ut si aliquo  
casu ille, qui officia implentur accedit, a turbatus fue-  
rit, vel ad terram effusus, tertio semper habeat qui eius  
vicem exequatur intrinsecus. Sed si 2 hoc sacrificanti fre-  
quenter accidit, tunc omnimodo ab oblatione prohibeatur.

¶ Illud 2 in concilio impressu legitur, Et illud. In codice  
vero Lucensi regio, vs illud. In duobus autem Vaticanis, ut il-  
lud: & sic est infra de consecr. dist. 1. c. ut illud. & apud Barchar.  
& Ivonem.

¶ Sed si hoc] Haec sunt impressa alii characteribus, quia  
non sunt in concilio Toletano, neq; in plerisque veteris Gratiani exem-  
plaribus. In codice perantiquo sunt glossae ad verbum, vicem,  
& post verbum, prohibebantur, additur, ut infra cad. q. 2. c.  
in literis tuis. Apud Barcharthum vero, & Ivonem, qui cri-  
ant decreta Sixti Papa, & infra de consecr. loco citato, horum  
verborum loco legitur haec, & officium inceptum adim-  
pleat.

a De consecr. dist. 1. ut illud. Barcharth. l. c. 73. 100 p. 2. c. 126. b Ec-  
cles. 4. c. altille. d Alacclat.

C. XVI. **¶** Si sacerdos necessitate praecipuum  
suerit, copiam sacramenta per alium ex-  
pleantur.

Item Concilio Toletano 7. c. 7.

Nihil a contra ordinis statum temeritatis ausu praes-  
sumatur, neque illa, quae summa veneratione cen-  
sentur, vel minimo praesumptionis actu solvantur, cum  
ad hoc 2 tantum fieri iusta sunt, ne interrupta noscantur,  
vel languoris proventu robore salutis privetur natura.  
Non ergo fragilitatis solam consulitur humanam, sed etiam  
3 sacro honori mysteriorum Dei provida caveatur  
sollicitudine. Censimus ergo convenire, ut cum a sa-  
cerdotibus Missarum tempore sancta mysteria consecran-  
tur, si agritudinis acciderit quilibet eventus, quo coeptum  
nequeat consecrationis expleri mysterium, sit liberum  
Episcopo vel Presbytero alteri consecrationem exequi  
officii coepti. Non enim aliud ad supplementum initia-  
tis mysteris competit, quam aut incipientis aut subsis-  
quentis completa 4 benedictio sacerdotis: quia nec per-  
fecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur.  
Cum enim sumus omnes unum in Christo, nihil contra-  
rium personarum diversitas format, ubi efficaciam  
prosperitatis unitas fidei representat. Quod etiam con-  
sulum cuncti ordinis cleri individuum sibi esse non  
ambigant: sed ut praesens est, praecedentibus libenter  
alii pro complemento succedant. Ne tamen, quod na-  
tura languoris causa consilium, in praesumptionis perni-  
ciam converteratur, nullus post cibum, potumque quemlibet  
minimam sumptum Missas facere, nullus abique pro-  
ventu patens molestia minuter vel sacerdos, cum coe-  
perit imperfecta officia praesumit omnino relinquere.  
Si qui haec temerare praesumpserit, excommunicationis  
sententiam sustinebit.

1 ¶ Actu] Sic est emendatum ex codice regio: non in im-  
presso conciliorum codicibus, & apud Barcharthum, & Ivonem,  
est, tacitum.

2 ¶ Cum ad hoc tantum] Magna est hoc loco varietas.  
In codice regio legitur, cum ad hoc tantum quaquam fieri iusta  
sunt interrupta noscuntur, ne languoris, &c. Apud Bar-  
charthum: cum adhuc tantum fieri iusta sunt, nec interrupta  
noscuntur, ne languoris, &c. Apud Ivonem, cum hoc, &  
nec languoris, cetera eodem modo.

3 ¶ Sed etiam sacro] Hic quoque magna varietas. In codi-  
ce regio plenior est oratio, sed etiam honori mysteriorum Dei  
providetur abunde, dum ab offensionis casu procuratur etiam  
caveri sollicitudine.

4 ¶ Completa benedictio] Sic restitutum est ex codice  
regio, cum quo aliquot editiones conveniunt, multaq; etiam alia in  
hoc capite emendata.

5 ¶ Individuum] In codice regio est, indultum.  
3 pars. Ecco, quod Episcopo petente, precibus etiam papali,  
infirmitate gravato alius possit subrogari, patenter manifestatur.  
Senectute autem gravato, non successor, sed coadjutor dari debet,  
qui ei succedens in locum regimini succedat. Sic Augustinus dicitur  
b accessisse, non successisse Hippopotamum Episcopo.

C. XVII. **¶** Senectute gravato coadjutor est dan-  
dus, qui morienti succedat.  
Hinc etiam Zacharias Papa scribit Bonifacio Mo-  
guntino Archiepiscopo.

¶ Et ita, ut cum nostro consilio pro superveniente  
tibi senectute, atque corporis imbecillitate, si pote-  
ris invenire alium in eadem sede, in qua praes, pro tui  
persona debeas collocare. Nos vero, adiutore Deo, con-  
siliium praebemus tuae sanctitati, ut pro salute anima-  
rum rationabilium, fautore Christo fedem, quam ob-  
tines, Moguntinae ecclesie nequaquam relinquant. Sin  
vero Dominus dederit iuxta petitionem tuam homi-

a Barc. l. 3. c. 70. 100 p. 2. c. 124. b Suprad. c. non autem. &  
s. quest. r. c. 17.







C. XXIV. ¶ De eodem.

Item ex concilio Antiocheno c. 3.

I. Si quis Presbyter, vel Diaconus, vel quilibet clericus, deferta sua ecclesia, ad aliam transfundam esse crediderit, & ibi paulatim tenet, quod migravit, perpetuo manere, ulterius ministrare non debet; præsertim, si ab Episcopo suo ad revertendum fuerit exhortatus. Quod si post evocationem sui Episcopi non obedierit, sed inobediens perseveraverit, omni modo ab officio suo deponi debere, nec aliquando spem restitutionis habere: si vero propter hanc culpam depositum, alius Episcopus susceperit, & ipse à communi synodo penam meritorum increpationis, i tanquam ecclesiastica jura diffolvens.

¶ In crepationis] Græcè est, ἰνδύσιος τῶν κληρικών, quod in dicitur versibus est, arguatur, vel coëccetur, vel puniatur.

C. XXV. ¶ Non licet Episcopo ecclesiam suam relinquere, & ad aliam transire.

Item ex eodem Antiocheno, cap. 21.

Episcopus si de directi ad diocesim alteram non debere transire, neque si scipsum ingesserit, neque à populo fuerit violenter attractus, neque si etiam hoc ei ab Episcopo suadeatur: manere autem eum debere in ecclesia Dei, quam ab initio sortitus est, & non ab ea alibi demigrare, secundum regulam super hoc olim à Patribus constitutam.

C. XXVI. ¶ De eodem.

Item ex Concilio Chalcedonensi, c. 3.

Propter eos Episcopos, sive clericos, qui de civitate ad civitatem transeunt, placuit definitiones datas à sanctis Patribus habere propriam firmitatem.

C. XXVII. ¶ Aliena plebes ab Episcopo non usurpentur.

Item ex Concilio Carthaginiensi III. c. 20.

Placuit, ut in nullo Episcopo usurpentur plebes alienæ, nec aliquis Episcoporum supergrediatur in diocesi collegam suam.

C. XXVIII. ¶ Alieni clericos ordinare, & altaria consecrare, Episcopo non licet.

Item Anacletus.

Episcopus in diocesim alienam ad alienos clericos ordinandos, vel consecranda altaria intrare non debet. Quod si fecerit, amotis his, quos ordinavit, altaris tamen consecratione manente, transgressor canonum uno anno à Missarum celebratione cessabit.

C. XXIX. ¶ Dubios solemnibus clericis ecclesia sua desse non debet.

Item ex Concilio Agathensi, cap. 64.

II. Si quis in clero constitutus ab ecclesia sua diebus solemnibus defuerit, id est, Nativitate Domini, Epiphania, Pascha, vel Pentecoste, dum potius secularibus & lucris studet, quam servitio Dei parere, convenit, ut triennio à communione suspendatur. Similiter Diaconus, vel Presbyter si per tres hebdomadas ab ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat.

C. XXX. ¶ Removendus est Episcopus ab ecclesia, cui transgressus, & ad suam elegendus est redire.

Item Hilarius Papa Episcopus Tarracæ, c. 3.

Remoto f ab ecclesia Barcinonensi, atque ad suam modestiam voluntatis, sedatis per sacerdotalem sustentationem legum desiderant, quod non licet, obtine-

re, talis profusus de clero proprio Barcinonensibus ordinetur Episcopus, quem te præcipue frater Africanus oportet eligere, & de cetero consecrare: nisi forte aliter & factum sit, non sine objurgatione tui maxime nominis recundat nostra præceptio, quod ad injuriam Dei (à quo specialiter sacerdotalium est gratia dignitatum) didicimus admittimus.

C. XXXI. ¶ Qui alienam cathedram appetit, ab ea expulsiis etiam propria careat.

Item Leo Episcopus archiepiscopus Romanus Anastasio Thessalonicensi Episcopo, epist. 13. ad. 14. c. 3.

III. Si quis Episcopus mediocritate civitatis suæ delectatus, administrationem celeberris loci ambient, & ad majorem plebem se quancumque ratione transtulerit, non solum à cathedra quidem pellatur aliena, sed casebit & propria: ut nec illis præsideat, quos per avaritiam concupivit, nec illis, quos per superbiam spreverit. Suis igitur terminis contentus sit quisque, ne supra mensuram juris sui affectet augeti.

C. XXXII. ¶ Ultra, careat ecclesia, qui contemptum minorum ecclesiarum ad majorem assurot.

Item ex Concilio Meldensi, c. 30.

IV. Si quis e de ordine sacerdotali, contemptu minorum ecclesiarum ambitiose & improbe ad potiora aspiraverit, canonica erga eum definitio conservetur, hoc est, ut utraque careat. Hoc est, ut utraque careat. Hæc non sunt in Meldensi impressi, habentur tamen apud ceteros quoque collectores.

¶ Hoc est, ut utraque careat. Hæc non sunt in Meldensi impressi, habentur tamen apud ceteros quoque collectores. Sed vero, pretio ecclesiam vacantem ingressus fuerit, ab officio suo deponendus est, sicut in Rothomagensi concilio legitur.

C. XXXIII. ¶ Deiciatur à clero, qui numeribus ecclesiam acquirere tentat.

Anticum est, & atque omnibus modis prohibuit, ut si quis Presbyter inventus fuerit alicui clerico vel laico munera dare, vel dedisse, aut aliam pecuniam tribuere, ut alterius Presbyteri ecclesiam surripiat, i aut vacantem pretio redimat, pro hac cupiditate, seu presumptione turpis lucri gratia deiciatur à clero, & alienus existat à regula.

¶ Surripiat, aut] Addita sunt ista duo voces ex Burchardo. Nam veniente Presbytero possit non potest dicitur vacans ecclesia. In lib. 2. Capitularium, c. 206. est verbum, surripiat, sed deest alterum membrum, aut vacantem pretio redimat. For. & auctor Panormie habent, ut antea Gratianus, ecclesiam vacantem pretio redimat.

¶ Quod vero communi consilio, atq, aliorum utilitate mutationes Episcoporum fieri possunt, & in ecclesiis, à quibus recesserant, ea vacantibus alii substitui valeant, Anterus Papa demonstrat, epistola septima, scribens Episcopi Baricæ & Teletanæ provinciæ.

C. XXXIV. ¶ Necessitati, vel utilitati causa Episcoporum mutationes fieri possunt.

Mutationes f Episcoporum scitote communi utilitate, atque necessitate fieri licere, sed non propria & cujusquam voluntate, aut dominatione. Petrus sanctus, magister noster, & princeps Apostolorum, de Antiochia utilitatis causa translatus est Romam, ut ibidem potius proficere possit. Eusebius quoque de quadam parva civitate, Apostolica auctoritate mutatus est

a al. similiter. b Poly. l. 1. tit. 9. Anst. l. 8. c. 104. Burch. l. 2. c. 74. Ivo p. 1. cap. 103. c Burch. l. 3. cap. 42. Ivo p. 2. c. 12. Pann. l. 2. cap. 45. d al. aspirare contendere. e In Capit. l. 7. cap. 206. Burch. l. 3. c. 116. Ivo p. 3. c. 90. Pann. l. 2. cap. 49. f Poly. l. 1. tit. 9. Anst. l. 8. c. 104. Burch. l. 1. c. 77. Ivo p. 5. c. 133. Pann. l. 2. c. 69. g al. non libere cujusquam, aut damnatione. Plura sunt verba in originali.





Alexandriam. Similiter Felix de civitate, in qua ordinatus erat, electione civium propter doctrinam, vitamque bonam, quam habebat, auctoritate. i. hujus sancte sedis, & communi Episcoporum, & reliquorum sacerdotum, ac populorum consilio translatus est Ephesum. Non enim transit de civitate ad civitatem, nec transferitur de minori ad majorem, qui hoc non ambitu, nec propria voluntate facit, sed aut vi à propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut utilitate loci, aut populi, non superbe, sed humiliter ab aliis translatus, & inthronizatus est. & f. ¶ Nam sicut Episcopi habent potestatem ordinare regulariter Episcopos, & reliquos sacerdotes, sic quoties utilitas, aut necessitas coegerit, supra dicto modo & mutare, & inthronizare potestatem habent. [non tamen sine sacrosanctae Romanae sedis auctoritate & licentia.] & f. ¶ Alia etenim a est causa utilitatis, & necessitatis, alia avaritiae, ac praesumptionis, aut propriae voluntatis.

¶ Auctoritate hujus sanctae sedis, &c. Haec verba non leguntur in epistola Anseri, reg. in Passaroria, neg. apud Burch. & Frontem. Sunt tamen apud Anselmum, & in Polye. & vetustis Gratiani exemplaribus. Idem quoque est de verbis illis proprie sumo capiti, non tamen sine sacrosanctae Romanae sedis auctoritate & licentia: quae propter hanc causam virgulis sunt inclusa.

C. XXXV. ¶ Causa necessitatis mutatione Episcoporum fieri possunt. Item Pelagius Papa II. Benignus Archiepiscopus. epist. 2.

Scias h. frater dilectissime, aliud esse causam necessitatis, & utilitatis, aliud causam praesumptionis, ac propriae voluntatis. Non ergo mutat sedem, qui non mutat mentem, id est, quinon causa avaritiae, aut dominationis, aut propriae voluntatis, vel suae delationis emigrat de civitate ad civitatem, sed causa necessitatis, aut utilitatis mutatur. Nam plurimum utilitas unius utilitati, aut voluntati preferenda est. Aliud est enim mutare, & aliud mutari. & f. ¶ Nam aliud est sponte transire, & aliud est coactè, aut necessitate venire. Vnde non isti mutant civitates, sed mutantur: quia non sponte, sed coactè hoc agunt. & f. ¶ Non ergo bene intelligunt ecclesiasticas regulas, qui hoc negant causa necessitatis, vel utilitatis fieri posse, quoties communis utilitas, aut necessitas persequitur.

C. XXXVI. ¶ Christum negare convincitur, qui necessitatem patrum misericordiam non respiciunt.

Idem in eadem epistola paulo inferius. Omnis, qui gemit, & vexatur à d. Saul, fugiebat, & veniebat ad David. Si ergo piissimus, atque justissimus David sciret peccatum esse, persecutionem, fugientes, & transfugas de loco ad locum, & de civitate ad civitatem recipere, tales nequaquam reciperet, nec secum teneret, nec in aliis civitatibus eos collocaret. Qui enim persequuntur Domini Episcopos, eosque de civitatibus ad civitates transire compellunt, non eos tantum persequuntur, quantum Dominum nostrum Iesum Christum, cujus legatione funguntur. Nec ipsi in hoc peccant, quoniam non sponte, sed coactè hoc agunt, sed illi, qui eos persequuntur: nec ipsi Episcopos hoc impulari potest, sed illi, qui eos hoc agere cogunt. & f. ¶ Qui autem negant misericordiam faciendam fugientibus, ac necessitatem patientibus, ipsum Christum negant, qui est misericordia & veritas. & f. ¶ Negat misericordiam necessitatem patientibus, qui populus indigentibus divinis ministeris, & non habentibus proprium Episcopum, qui eos intrare causa utilitatis,

a al. quog. b Polye. l. i. tit. 9. Anselm. l. 6. c. 97. c al. electionis. d i. Reg. 12. e. 107. f. 107.

arque necessitatis, ex alia civitate, licet minor sit, quam non habet Episcopum doctorem, vel utilitatem, vel honorem, non sponte transfugentem, sed in auctoritate horatione mutata, aut Episcopum eiecitum, & provisionem patientem causa utilitatis, aut necessitatis inthronizari non permittit.

C. XXXVII. ¶ Non ambivire, sed synodali auctoritate, de ecclesia ad ecclesiam Episcopos transferat.

Item ex concilio Carthageniensi IV. c. 27. Episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambulationem non transeat, nec quicumque inferioris ecclesiae clericus. Sane, si utilitas ecclesiae sciendum populo creto pro eo clericorum, & laicorum Episcopos potest in praesentia synodi transferatur, nihilominus alio cum eius Episcopo subrogato. Inferioris vero gradus clericos, vel alii clerici concessione suorum Episcopos possunt ad alias ecclesias transfugare.

C. XXXVIII. ¶ In proprio gradu Episcopi, vel Presbyteri in aliena suscipiantur ecclesia.

Item ex eodem Carthageniensi. c. 28. Episcopi vel Presbyteri venerint, in gradu suo suscipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem suscipiendam invitentur.

C. XXXIX. ¶ Ecclesia viciis Episcopi ad alios disponi non debet. Item Calixtus Papa omnibus Galliarum Episcopis, epist. 7. c. 3.

Sicut & alterius uxore nec adulterari ab aliquo dicari, aut disponi, nisi à proprio viro, eo vivente, permittitur, sic nec uxor Episcopi, à qua eius ecclesia parochia indubitanter intelligitur, eo vivente, alio eius judicio, & voluntate, alteri a iudicari, vel ab alio eius concubitu fieri, id est, ordinatione, concessum. Vnde ait Apostolus f. [Alligata est uxor legi, quae vir ejus vivit: eo vero defuncto, soluta est à legi.] Similiter & sponsa Episcopi (quia alligata, ut dicitur ecclesiae) illo vivente, ei est alligata: eo vero defuncto, soluta est. [Et \* cui voluerit, nubat, tantum Domino.] id est, regulariter. Si enim eo vivente nupserit, adultera judicabitur. Similiter & illi, qui tam sponte duxerit, adulter existimabitur, & contra se privabitur. Si autem persecutus fuerit in sua ecclesia, fugiendum illi est ad alteram, eique est associandum, fugiente Domino. g. [Si vos persecuti fuerint in una ecclesia, fugite in aliam.] Si autem utilitatis causa fuerit, non per se hoc agat, sed fratribus invitandus, auctoritate hujus sanctae sedis faciat, non ambibus causa utilitatis aut necessitatis.

¶ Aut necessitatis] Haec non sunt in ista epistola, sed in apud Anselmum. Necessitas autem probatur justitiam translationis. Supra ea. c. 34. 6 pars. Hoc non solum de Episcopis, verum etiam de quilibet ecclesia ministris intelligitur, ne videlicet in locum ubi non libet obsequat.

C. XL. ¶ Deponatur, qui locum alterius ecclesiae non tenet. Unde B. Gregorius scribit Natali Salernitano Episcopo, eo qui in archidiaconatum alterius se promovendi concesserat, lib. 2. in dist. 10. c. 10. epist. 14. & 16.

¶ Deponatur, qui locum alterius ecclesiae non tenet. Unde B. Gregorius scribit Natali Salernitano Episcopo, eo qui in archidiaconatum alterius se promovendi concesserat, lib. 2. in dist. 10. c. 10. epist. 14. & 16.

¶ Vm h. qui contra iustitiam regulam in archidiaconatum alterius se proveli. consentit, ab episcopo a. al. mutari. b. Ivo p. 5. c. 21. Pass. l. 3. c. 27. c. l. i. tit. 2. Anselm. l. 6. c. 103. Burch. l. 3. c. 49. Ivo p. 3. c. 19. d. al. Episcopi, vel Presbyteri. e. al. ab eorum Episcopo. f. 1. Cor. 7. \* ibid. g. Math. 10. h. Ivo p. 2. c. 17. p. 3. c. 17.







ταύτης, ἢ μὴ λαγόντων μὴ καλῶς τὰς δεξιερὰς ἡ-

Quia... ο Πατριάρχης ἄπει. ἐ καλῶς ὁ ἡμετέρος ἁ-

Photius Patriarcha dixit: Quid censuris de iis, qui ex Antistitum ordine seipsos in monachorum locum conferunt.

neat. Monachorum enim instituta ad obediencia...

Hic ad penitentiam agenda, non quietem servandam...

C. XLVI. Pro infestationibus malorum...

Vegetum a nobis est, quod pro praeteritis laboribus...

C. XLVII. In persecutionibus Episcoporum...

Ciscitaris itaque per Guldagarium Presbyterum...

a Poly. l. 4. tit. 11. b Math. 11. c Joan. 4. d Ab. 10. c Ioan. 4.







svit, sedque latenter deponi voluit. Nunquid a Paulum mortem dicimus timuisse, quam se ipse pro amore Iesu testatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem sibi fructum adesse conspiceret, ad gravem & laborem se alibi cum fructu servavit: fortis etenim prallator Dei teneri intra claustra noluit, certaminis campum, quassavit.

Multorum aulteritatis apparet, quando viventibus Episcopis alii possint substitui, & quando non.

QVÆSTIO II.

QVod autem iste valentine recepta suam posse repetere cathedram, nulla auctoritate ratum habetur. Celebrationem vero sacrificiorum, si e infirmitatis causa dimiserit, valitudine recuperata exequi non prohibetur.

C. I. ¶ De quodam Presbytero, qui caduco morbo laborabat.

Unde Alexander secundus scribit Gebonardo Vironensi d. Archiepiscopo.

IN tuis literis continebatur sic. Hic clericus ordinem habet Presbyteri: sed quia caduco morbo laborat, & ipsi in presentiarum hoc agnovimus, non ausi fuimus concedere sibi, ut offerret, vel Missam celebraret. Quia vero languor in culpa non est, super hac re auctoritatis nostre decreto consulendo delibavimus. Consilium itaque, ut si frequenter hoc morbo tangitur, ab oblatione, & Missarum celebratione modis omnibus prohibeatur. Indecens enim est, & periculosum, ut in consecratione Eucharistie morbo vitium epilepticum cadat. Si vero Dei misericordia convalescit (quandoquidem non culpa, sed infirmitas est in causa), eum sacrificare jam non imedicimus.

C. II. ¶ Arceginio suspendatur ecclesie, qui in terram frequenter elidit.

Item Gelasius Papa Rustico & Fortunato Episcopis.

Uper Foropopolensis f. ecclesie clerici, una cum Sabino Episcopo, & Pelagio, & laicis propria suggestione referant, presulem suum gravi quadam necessitate vexari, cuius eum dicerent incurisione frequenter elisum. Quod ne scandalum fidelibus videretur ingerere, & ecclesiam Dei ubique positam hac offensione turbare, precipue, cum eodem ipso volente huc se perrexisset firmare, ad dilectionem vestram scripta direximus, ut ecclesie, cuius rector tali casu tenetur astringi, visitationem congruam reddatis. Verum, quia nunc idem ipse venit huc pontifex, falsaque omnia de se facta, disseminat, sub divini contemplatione iudicii, vestraque conscientie, existimationisque respectu, rerum fide solentissime perquisita, si aliquando scilicet vel in domo, vel in processione, vel in alio quocunque loco probatur repente collapsus, voces dedisse confusas, & spumas ore jactasse, quanta fieri potest examinatione queratur. Quod tamen, si non possit aliorum factum reificatione firmari, siue nunquam legitime dicatur, non putandum est posse sufficere, sed certum, manifestamque documentum, quia de tantarum non segnis agendum est. Faciatrem tua dilectio, frater Rustice, sui moris, & aptam magno pontifici, ut eum triginta diebus tecum esse constituas, eumque carnis indifferenter uti necessaria probatione compellas.

¶ Triginta] In duobus vetustis codicibus legitur, octuaginta.

a. al. nunnam. b. ¶ gravi labore ad laborem. ] orig. c. aliquam. d. al. Vironensi. e. lvo p. c. c. 401. f. al. Foropopolensis.

CAUSA VIII.

Vidam Episcopos agere in extremis, sacrosancti sibi ex testamentis institui: inde fore non minus patrociniis in eadem episcopatum dignitate post electionem pro indeterminate colige, cum iuramentum prebit: accusari de fames, non quare minus ab obsequio profiteri: ante tempus iuramentum suum derelinquitur: sine literis Apostolicis ad causam suam revertitur Episcopus.

- 1. Hic primus queritur, an liceat Episcopo sibi successorem constituere.
2. Secundo, an amicorum patrociniis in electione debeat consentire.
3. Tertio, an sit habendus simoniacus, qui post electionem huiusmodi iuramentum canonicis prestat.
4. Quarto, an liceat clericis ante sententiam tempus ad Episcopatum discedere.
5. Quinto, an sine literis Apostolicis debet redire ad propriam ecclesiam.

QVÆSTIO I.

QVod autem Episcopo successorem sibi institui licet, verbi Zacharie c. Papa coniaro, quia in quinto Archiepiscopo permissi ad iuramentum sui iuramento, qui ei defuncti in plenitudinem potestatis succedunt. Ex verbis Symmachi Papa dicitur, [Si] d. transfusa. Pater enim tuus venerit, ut de sui electione successores non possit accipere, &c.] apparet, quod Episcopi successores sibi institui possunt. Item ex verbi B. Petri illud idem probatur, qui iuramentum sibi successorem instituit.

C. I. ¶ Quod Petrus Linum & Cletum ad iuramentum sibi a sacris, sed Clementem successorem instituit.

Unde Ioannes tertius scribit Episcopis Germanie & Gallie, epistola antea, c. 2.

SI e Petrus princeps Apostolorum adiutores sibi vit Linum & Cletum, non tamen potestatem suam, aut solvendi, aut ligandi eis normam tradidit, successores suo sancto Clementi: qui sedem Apostolicam post eum, & potestatem pontificalem, tradente Linum Petro, tenere promeruit. Linus vero & Cletus strabant exteriora: principes autem Apostolorum verbo & orationi insistebat.

C. II. PALEA.

Nolo ipse Clemens in epistola f. ad Iacobum Hierosolymitanum, inter cetera scribit, quod Petrus ad iuramentum sibi a sacris, sed Clementem successorem instituit.

¶ Simon Petrus in ipsis diebus, quibus vixisse presentis, apprehensa manu mea repente contempserit auribus totius ecclesie, hanc protulit verba: » Clemens hunc Episcopum vobis ordino, cui soli mea caritas, hinc & doctrina cathedram trado: quem pro caritate pertus sum Deum colentem, homines diligentes, studium, discendi studis deditum, sobrium, benignum, patientem, & scientem ferre nonnullorum, ex his, qui in verbo Dei instituantur, iniurias.

Sed in Antiocheno concilio hoc amens fere protulit, in quo c. 23. sic statutum legitur.

C. III. ¶ Episcopo successorem sibi instituit non licet.

Episcopo non licere pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum vite perveniat.

a. al. Apostolici. b. al. Apostolici. c. Supra. d. Distinct. 79. f. transtus. e. Anst. cap. 11. tit. 1. f. Anst. l. c. 3. Clementis epist. 4. Quarta pars huius verba. g. Poly. l. 2. tit. 7. Anst. l. 6. c. 37. Dicit dicit, cap. 11. cap. 31.